Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Richter

Gloriosissimum Serenissimi & Præcelsissimi Ducis atqve Principis Domini, Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... Natalem A. P. V. M.DCC.XXVII. d. XXVI. Novembris Quadragesimum Nonum feliciter redeuntem Indicebat Festum, Simulqve ad audiendas in Gymnasii nostri Auditorio Majori Orationes Solennes & Festas ... invitabat

Gustroviæ: Typis Johan. Lembkii, [1727?]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0001
DFG

T. 320.

M. 1261.b

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0002
DFG

25

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0005
DFG

1460

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0006
DFG

Volumen LXXV.

M. David Richters programmata, ſo zur Mecklenburg. Historie und Litteratur etwas beytragen.

M – 1261. b

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0008
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0014
DFG

Hochwohlgebohrner Herr,
Hochzuehrender Herr!

Hierbey erfolgen die desiderirte Programmata
des Herrn Magist: Richters, und zwar de
Ao: 1725 biß 1733, inclusive: dieser Mann ist
von Geburt ein Bützower, und hatt deßen
Vater, ein wohlhabender Kupfer-Schmidt,
der bey 30000 Rth, und fast noch ein mehr,
dessen 8 Kindern nachgelaßen, viele Jahre biß
ins höchste alter, alhier gelebet, (wovon) deßen
beiden zweene Söhne, gleichmäßige Kupfer-
Schmiede, und eine Tochter, die an hiesig Kauff-
Mann, zu Warnemünden, verheyrahtet ist, alhier
wohnhaft seyn, desgleichen auch der älteste
Sohn, vorgedachter Hr. Mag: Richter, ein Mann
von etzlichen 40 Jahren, welcher sein ohngefehr-

10 Jahre, damahls, wie deſſen Antecessor in
officio, Hr. Mag: Sibeth, nacher Strahlsund
pro Pastore vociret worden, alß ein Bützowi-
ſches Stadt=Kindt, intuitu deſſen, und in
anſehung deiner geführten Studien, zum Recto-
rat hieſelbſt befördert worden, welches
deſſen Programmatibus publicis, ich von
meiner ehemahls gehaltenen Inaugural-
Disputation, ein Exemplar mitt habe bey-
fügen wollen. Quoad publica, vermeinet
man nunmehr die gewißheit zu haben,
daß die frembden Trouppen den 22ten dieſes,
biß auf einen wenigen reſt, werden auß=
marchiren, welches, und mehr anderes
neues, die zeit baldt lehren wirdt. Ich

Verbleibe übrigens, nach gehorsambster Empfehlung Meiner, mitt aller Hochach=
tung beständig,

Ew: Hochwohlgeb:

Bützow d. 14 Febr:
Ao: 1734.

Dienstergebenster
Diener
C. Knöllnagel.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0018
DFG

Q. D. B. V!

GLORIOSISSIMUM
SERENISSIMI & PRÆCELSISSIMI
DUCIS atqve PRINCIPIS
DOMINI,
DN. CAROLI LEOPOLDI,
DUCIS REGNANTIS MECLENBURGICI,

Principis Pervetuſtæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis *item* Sverinenſis, Terrarum Roſtochii *atqve* Stargardiæ Dynaſtæ, & reliqv.

DOMINI MEI LONGE CLEMENTISSIMI

NATALEM

A. P. V. M. DCC. XXVII. d. XXVI. Novembris

Quadrageſimum Nonum

feliciter redeuntem

Indicebat

FESTUM,

Simulqve ad audiendas in Gymnaſii noſtri

AUDITORIO MAJORI
ORATIONES SOLENNES & FESTAS,

Proceres utriusqve Reipubl. & qvosvis alios, qvacunqve dignitate & meritorum gloria conſpicuos, Viros, humaniſſime invitabat

M. DAVID RICHTER,

Güſtrovienſis. RECTOR.

GUSTROVIÆ, Typis JOHAN. LEMBKII, SERENISS. PRINC. Typograph. Aulic.

NATALEM LEOPOLDO GRATULATI FUERUNT GUSTROVIENSES.

❀❀❀ ❀❀❀ ❀❀❀

ONOMASTICO CATHARINÆ IVANOVVNÆ NOBIS & HIS NOSTRIS REDEUNTE TERRIS.

⁂ ⁂ ⁂

QVam juvat argumenti dignitatem ex unius plagulæ terminis metiri non debere! Certe, qvibus hæc conſvetudinis lex eſt præſcripta, mecum fatebuntur omnes, pauciſſimas paginas haud ſufficere cauſæ cum cura demonſtrandæ. Præſtat nihilo ſecius his majorum inhærere moribus, qvam ob præfixos limites, ſelectis thematibus incidere nervos, ſuaqve, qvibus ſe commendare poterant, præſtantia, exuere. Non ſolum enim exoſum ſic evitabimus novitatis nomen, ſed & noſtræ tranqvillitati Veteratorumqve ſatisfaciemus ſupercilio. Has ob cauſas malui per hæc etiam folia de multis tacere qvæſtionibus, qvam temeraria brevitate eaſdem corrumpere. Facile enim juſtus rerum æſtimator judicabit, unicam plagulam nec capere judicium *de Editione Bibliorum Theandricorum Canſteinio-Halenſi*, neqve exponere poſſe *miſeram Hiſtoriæ Patriæ conditionem.* Iſta etiam disqviſitio, *Utrum Præceptorum avaritia, an ingratorum diſcipulorum multitudo, majorem Scholis inferat cladem?* receptos migraret fines, qvas etiam *Genealogia Lutherorum* ſeu poſterorum Lutheri, reſpueret. Qvod ſi etiam iſtos *errores* qvis expoſuerit omnes, qvos *in recenſendis Ducum Meclenburgicorum inſignibus a multis commiſſos* deprehendet, næ, is Orationis qvidem ubertatem experietur, exitum vero minus feliciter inveniet. Tituli horum Sereniſſimorum atqve

Præcel-

Præcelſiſſimorum Ducum fuerunt vel ſoli, qvi nos habuerunt habebuntqve occupatos. Multos reperi Autores, qvi de Vandalis, Venedis, eorumqve variis nominibus, coloniisqve, dixerunt multa, ſed qvi Henetos curavit diligentius & rationem ediſſeruerit cur eadem gens in titulo Ducali audiat *pervetuſta?* nemo erit unus. Modo perſcrutatus ſum, qvantum qvidem & muneris ratio & tædiorum numerus permiſerunt, titulos: PRINCEPS RACEBURGI, COMES SVERINI, ita qvidem ut haud mediocrem ex hoc labore ceperim voluptatem. Qvotus vero qvisqve fuit, qvi vel derivationem nominis: *Raceburg*, vel Genealogiam GUNCELINORUM, ſi a patellariis, & qvi parum hic qvoqve ſibi conſtant, diſceſſero Scriptoribus, juſta inqviſivit diligentia? Aluit & accendit hanc in me meisqve Oratoribus pietatem glorioſiſſimus Sereniſſimi noſtri Ducis atqve Principis, Domini **CAROLI LEOPOLDI,** Ducis regnantis Meclenburgici, Principis pervetuſtæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinenſis, Terrarum Roſtochii & Stargardiæ Dynaſtæ, & reliqv. Domini mei longe clementiſſimi Natalis, tot ampliſſimis gratiæ documentis oppido inſignis, ut jucundum omnino nobis fuerit officiorum noſtrorum meminiſſe. Solennia ergo vota, *PLINIUM* imitaturi, pro incolumitate Tanti Patriæ Patris, qva publica ſalus continetur, & ſuſcepimus pariter & ſolvemus, Deum T. O. M. precaturi, ut velit ea ſemper ſolvi ſemperqve ſignari. Sed vero hæc nondum ſunt ſatis officiorum, qvæ clementiſſimo debemus Principi. Is ipſe enim, qvo hæc ſcribimus, *CATHARINAE* dies, puriorem a nobis expectat noſtræ, cui ſatisfacere anhelamus, pietatis, cultum. Imperant namqve nobis, ut Natalem noſtri Sereniſſimi Ducis vel ideo quoqve caſta commendemus Deo mente, qvia hujus quoqve diei feſti partes apparant, indicunt, ſibiqve vendicant præcipuas **CATHARINA IVANOWNA,** Imperatoriæ ſtirpis Princeps Auguſtiſſima, Dux regnans Meclenburgica, Princeps Vandaliæ, Sverini, & Raceburgi, Comes Sverinenſis, Terrarum Roſtochii & Stargardiæ Domina, Mater Patriæ noſtræ clementiſſima, & Sereniſſima Princeps **FILIA,** atavis non ſolum edita Imperatoribus & Regibus, ſed & digniſſima

Præ-

Præcelſisſimis Parentibus filia, ipſarumqve gratiarum domicilium. Iſtius enim dies onomaſticus ſui Conjugis apparanda indicit natalia (qvia læto ſe omine excipiunt mutuo) craſtina, D. V. luce, horam circiter III. in noſtri Gymnaſii Auditorio Majori inter Bonorum omnium vota & muſicum concentum Feſtis, iisqve Solennioribus orationibus, celebranda, per noſtræ religionis cultusqve fidisſimos teſtes & Interpretes

Clarisſimos Juvenes, nomen, gratiam & famam ex bonarum literarum Studiis aucupantes

I. HENR. CHRISTIANUM **Klevenow**/ *Sterenberga-Meclenb.*

qvi exponet Oratione germanica eaqve Soluta

Titulum: **Fürſt zu Ratzeburg**

Suumqve ex eodem derivabit gratulandi humillimum officium,

II. JO. GEORG. ADAMUM **Schleier**/ *Briſens-Marchic.*

Oratione Latina docentem, *Venetos per Saxonum avaritiam* fuiſſe coactos ut *toties Fidem rejecerint*

Suæqve gratulaturæ haud deerit pietati,

III. GOTTLOB DANIELEM **Bartſch**/ *Soravia-Luſatum.*

Hic qvidem carmine germanico canet Titulum,

Graff zu Schwerin/

Ex eoqve ſuum commendabit gratulandi devotisſimum Studium.

Augebitis itaqve hæc votorum noſtrorum & lætisſimæ pietatis ſolennia, Vos, Viri Generoſi, Summe Reverende, Conſultisſimi, Experientisſimi, Plurimum & multum Reverendi, Præcellentisſimi, Prudentisſimi, Clarisſimi, & qvi præterea ſubditorum erga Principes didiciſtis obſeqvia! veſtrasqve nobiscum conjungetis preces pro Salute utriusqve Principis, pro Felicitate totius Domus Meclenburgicæ & pro Secundis, Amicorum Principis, conſiliis. Præſtabitis ſic veſtra officia, acuetis & confirmabitis Oratorum animos, meaqve, ſi qvæ placere poſſunt, humanitatis & bene merendi ſtudii, officia promtisſima, provocabitis. Optabitis mecum & cum meo PLINIO, *(Hoc enim non ſolum ſpero ſed etiam confido) Serenisſimus noſter Princeps & hunc natalem & plurimos alios qvam felicisſimos agat, æternaqve laude florentem virtutis ſuæ gloriam & incolumis & fortis aliis ſuper alia operibus augeat!*

S. D. G.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410428/phys_0022
Universitäts Bibliothek Rostock DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0023
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0024
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0025
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0026
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862410428/phys_0028
DFG

ANN FRIDERICH TANGATZ,
Strelicenſis, de *Bello ſacro, minime Sacro.*

ANN JACOB ROMANUS,
gio ſeu *Expeditione Henrici noſtri cruciata.*

RISTOPH. LAUR. KRAMBEHR,
ſ. de *fatis Optimi Principis, bis capti & totidem liberati.*

IANN CHRIST. NEUCRANTZ,
ſio Meclenbl. de *reditu Henrici Hieroſolymitani in Patriam.*

lmodum vero ſplendidiſſimâ Patrum de utra-
a meritisſimorum coronâ, Oratorum dicendi
ice ſemper ſublevatum fuit, ita etiam, ut reli-
iscipulorum diligentiam ſuaqve commendan-
i literarum ſtudia alatis, Veſtrasqve nobiſcum
enisſimi Ducis, Conjugis & Filiæ, totiusqve
Domus Meclenburgicæ vota conjungatis,
ſum, opera atqve contentione exoro, qvam-
iendi alacritatem ſpondens atqve offerens.

A, exhibens *Henrici* Hieroſolymitani
rapo, Ægypti Soldano, Mamme-
o, colloqvium ex M. C. J. W.

Uberſetzung
heils zu Puffendorff I. Einleitung der
nehmſten Staaten / von Africa
&c. p. m. 695. ſeqq.

hus war von Geburth eín Teutſcher / welcher / als er
von Mecklenburg nach einer ſechs und zwantzigjäh-
hafft zu ſich bringen ließ / ihn fragte: Ob es nicht gut
er mit ſeinen Freunden in Teutſchland das Feſt der
Heylandes feyren könte? (denn die Jahreszeit
rückte